ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: EPISTOLAE PAULI. IOHANNES DE GARLANDIA. PAULUS HUNGARUS. CANTICA CANTICORUM MIT DT. ÜBERSETZUNG. PS. BONAVENTURA. HENRICUS DE FRIMARIA. IOHANNES DE ERFORDIA. THEOBALDUS DE SEXANNIA. MÖNCH VON SALZBURG. OTTO DE LÜNEBURG. ADAMUS MAGISTER. RUPERTUS DE WELTZ. KRÄUTERBUCH, DT. REZEPTE, DT. U.A.

15. Jh. Seite 19r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37121
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Fratres exhortamur vos ne vacuum gratiam dei recipiatis
Ait tempore acceptio exaudivi te et in die salutis adjuvi te Ecce
nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis Nemini dantes
ullam offensionem ne vituperetur ministerium nostrum sicut dei ministros
commendantes in multa patientia In tribulationibus In angustiis In necessitatibus
In plagis In carceribus In seditionibus In laboribus In
vigiliis In castitate In scientia In longanimitate
In suavitate In spiritu sancto In caritate non ficta In verbo veritatis In
virtute dei per arma iustitiae a dextris et a sinistris per gloriam et
ignobilitatem per infamiam et bonam famam ut seductores et
veraces sicut qui ignoti et cognoti qui morientes et ecce vivimus
ut castigati et non mortificati Quasi tristes sed semper gaudentes
sicut egentes multos autem locupletantes tamquam nihil
habentes et omnia possidentes